



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Somnium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

est perpetuo alterata, soluendum est æstimatio. vide in c. olim. de censit. & c. quanto. de iureiur. & sic communiter tenent legistæ in l. Paulus & in l. minorum. ff. de solu. Multa quæ pertinent ad ius civile circa hanc materiam, ponit Sil. verb. solutio, per tot. sed præcipue q. 2. Quomodo autem fienda est solutio, & cui, & quando, supra, Restitutio, per totum.

## SOMNIVM.

Somniorum observatio potest esse peccatum: ut cum quis temerarie iudicat somnia provenire ex aliqua causa, de qua non est certus: vel significare aliquem eventum incertum, & hoc veniale est, quia temerarium iudicium de singulari nullus damni est. Secundo est mortale, quando quis propter somnia committit, vel omittit aliquid, quod est de necessitate salutis, vel contra salutem. Si autem talia non sint de necessitate salutis, licet sint expeditia & vitia ad salutem, talis observatio erit venialis, nisi caderet in crimen superstitionis, in qua misceretur diabolica illusio, & tacita dæmonum societas, dum paulatim homo tantum vitatur somniis, ut eis pro regulis suarum actionum vitatur, aut incidatur in alia scelera: ut supra, Astrologia per totum: infra, Superstitio, §. 3. super. Divinatio, per totum. Non est igitur de somniis curandis, cum pluribus ex causis venire soleant, nec de eis timendum.

## SORS.

Sors dicitur, cum aliquid fit ab homine, ut considerato eius eventum aliquid occultum innotescat. Tho. in opusc. de sortibus, & secunda secundæ q. 95. a. vlti. quæ triplex est, scilicet, divinatoria, consultoria, & divinaria: secundum Caiet. ibi in summa. Prima est circa bona temporalia, dignitates, & pœnas, sicut milites super Christi vestem miserunt sortem, & Saul. sorte electus, & sors cecidit super Ionam, ut puniretur. Ad hoc, quod hæc sit licita, requiritur quod prudenter fiat. Secundo, sine periculo communis boni, vel iustitiæ, quod fieret, si sorte eli-

geretur homines indifferenter ad regimen civitatis, vel animarum: quoniam sors super indignos cadere posset, secus electis prius quibusdam idoneis, & inde de vno eorum detur sors pro pace servanda. Quando ergo homines non possunt concordari, ut in divisione rerum, hoc modo servato, licet ut in sortibus. Concordat Caiet. ibi in summa.

Secundo sors consultoria est, quando expectatur iudicium à Deo, quasi Deum consulendo quid faciendum sit ex eventu sortium, & hæc ad hoc quæ sit licita. Primo requiritur articulus necessitatis, ita quod aliter via humana fieri non posset, aliter esset tentare Deum, quod non licet. Secundo, quod cum reverentia fiat. Tertio, quod pro negotio spiritualia exerceatur, & non terreno: secun. Aug. Quarto, ne fiat pro electionibus spiritualibus, ubi licet iure prohibentur. Vbi autem non prohibentur, & ex multis prius electis idoneis super vno illorum consultatur Deus, servatis omnibus prius dictis, ex emplo Apostolorum, non videtur mortale peccatum.

Tertio, sors divinatoria est, quæ innititur societati dæmonum explicitè, vel implicitè, & hæc dænata & mortalis est, quia contra religionem. Vt ergo sortibus ex suo genere non est mortale, sed ex admixta religiositate, vel irreverentia, vel iniustitia, vel imprudentia. Neque omnis irreverentia mortalis est, ut quando ex Evangelio secularia negotia consuluntur, remota omni superstitione, & dæmonum invocatione. Imò posset fieri tali fide & reverentia, ac necessitate occurrente, quod nullum esset peccatum. Electiones autem fieri hoc modo prohibentur: in cap. fin. de sorti. ex doctrina Caiet. ibi in sum. Secus in secularibus dignitatibus. Tho. secunda secundæ, supra.

## SORTILEGIVM.

Sortilegium, divinatoria & consultoria sorte comprehendit, cum ad dæmonum recurritur auxilium